S. P. Clarissime et Doctissime Vir, D. et Ami-
co pl. observande.

Non exiguam levam habeo humanissimam
compellationem tuam, tum tuo, tum
Venerandi V.di patr[illegible] Vergerii, cujus
sacra est apud me recordatio, merito.
Multum certe ecclesia Christiana gra-
tulatur, quod tandem dignas, quidem Ven.
D. Vergerii lucubrationes universas colli-
gere, et junctim edere curae cordique
habuisti. Neque parum et hoc me
recreat, quod iisdem operibus Episto-
las ad amicos datas inserere consti-
tutum habes. Nullus dubito, quin et
illud propositum ad Dei gloriam, et
singularem ecclesiae aedificationem
optime facturum sit. Poteram
certe tibi solicitandi unam et alte-
ram epistolam mittere. Caeterum
solas habui copiam facere quatuor
~~separandi~~ praesentibus, quas optimus
D. Sibolius noster apud me exul

gratissimus amandi ac descripsit;
habeoq; Tibi magnas gratias, si ...
reliquis coniungere dignatus fuer...
tum alias ob causas, tum ut de...
superstitis
erga me affectu, quem quo...
facio, in publicum constet. qu...
ad insignem honorem meum p...
non equidem judico, minime ig...
rus, quanti apud bonos omne...
fiant, et quae fieri debeant m...
Cruciis, veri Apollos, erga ecclesi...
Christi merita. Neq; dubito, q...
posteros etc, magis id ipsum g...
tum sit. cumprimis si Sacr...
plane omni Regiones remanere...
studium in ecclesia magis ma...
increbescet, et Scholasticae Th...
giae, Pontificiarum [illegible], ...
quod brevi futurum per Dei...
gratiam omnino, remiserit.
Ingentes etiam Tuae humani...
gratias debeo, quod nuper me...
Commentarii in Epistolam a...

Colossenses participem liberalitati reddidisti. Hactenus qualecunque antidorum meditatus fueram. Sed opportunitate mittendi destitutus nondum voto meo satisfacere potui. Deum ergo, ut Te, Cl. Vir, servet salvum et incolumem, et propediem ad optatam stationem evehat, quam expetis, et clarissima vestigia insistens dilectissimae ecclesiae prosperae et prodesse valeas. Imprimis vero ut Israelem et Sionem vestram ab omnibus angustiis liberet, et antiquae gratiae custodia in [illegible]do prosequatur! Vale in Domino Vir Cl. et p. salve. S. P. D. Optimus Scholarcha noster. Raptim Tiguri d. 16. Octob. 1673.

Cl. N. T. Observantissimus

J. Henricus Heideggerus.

[R]ogo, Cl. Vir, curare digneris, [u]t inclusae tuto consignentur [i]n manus ejus, cui inscriptae sunt.

Clarissimo et Doctissimo
Viro, D. Joh. Henrico Coc-
cejo, SS. Theol. Cand. D.
et Amico pl. observando.

Fran ca P.
Colonia.

Lugduni Bata-
vorum.

Leyden